

74. Talis Vir rixæ fuit S. Paulus: unde ipse aiebat: *Si adhuc hominibus placerem Christus servus non essem.* tanquam purgamenta huius mundi facti sumus. Talis Vir rixæ fuit S. Athanasius, qui penitentium orbem Arianum ad duellum provocavit, & debellavit. Talis Vir rixæ fuit S. Bened. qui quosdam Monachos licentiosioris vitæ, ad disciplinam revocare studens, eorum odia incurrit, ita ut venenum illi propinavit in calice, quem ipse signo crucis confregit. Tales viri rixæ fuerunt S. Hieron. S. Chrysof. S. Th. Cantuariensis, B. Thomas Morus, & alii plures. Quæso quare Societas Jesu tot habet inimicos? quia sunt Viri rixæ, id est, tales, qui publicis sceleribus se fe opponunt; ideo S. Ignat. Fundator dicere solebat: Persecutiones esse flabellum & cotem Societatis, quibus ejus virtus, & zelus acui & illustrari debeat. His cessantibus, aiebat, metueri se ne tepescere incipiat. C. Jerem. 19. v. 10.

## Dilectio inimicorum.

## 170. Est Virtus proferat Divina.

Cur Christus non voluit mori per lapidationem? S. Chrysof. respondet, quia inter lapidum strepitum non potuissent audiri verba illa: *Ignosce illis.* B. Ser. 19. n. 2. S. punct. 39. f. 704. fufe. Vide etiam titulum: *Mansuetudo.*

Dilectio inimici facit similem Deo: Moyses vocatur Deus Pharaonis. &c. M. conc. 3. aff. 2. n. 7.

Ex quo agnovit Iatro Christum esse Deum? Respondit S. Vincentius Ferreres, ex eo, quod audivit orantem pro crucifixoribus: *Ginther, unus pro omn. confid. 64. n. 3.*

Christus Dominus tenerime amat peccatores: cum his conversabatur, hos secum circumduxit, Peram in Ecclesia primatum Joanni prætulit, in plurimis infirmitatibus illis prodigiose benefecit. Et cur quia erant causa suæ passionis, ac mortis.

In Veteri Legge dilectio inimicorum non fuit præcepta, hinc forte dicitur, *Mandatum novum.* Quare autem? quia gloria ista, ut tam dilectis verbis dicatur *Diligite inimicos vestros*, reservata fuit Christo. Seg. Manna 27. Ap. n. 5.

Omnem ab inimici perpessam injuriam ex corde illis condonare obligamur, estque hæc remissio actio gloriosissima, inter omnes, quas facere potest Christianus. Basilei. Beria. C. Cinerum.

Judicium certissimum, & quasi Ispalydus caritatis, est mansuetudo erga inimicum, si tum temporis maxime omnem illi benevolentiam exhibeamus, cum in animo nostro aversionem, & furtivum erga illum excitari sentimus, sic enim manifestum redditur, non alia illum de causa, quam propter Deum amari. S. Fran. Sal. Direct. p. 3. c. 2. §. 6.

## 171. Non est impossibilis, aut difficilis.

S. Chrysof. fufe laudat mansuetudinem Davidis erga Saulem: S. punct. 30. f. 710. addit: Ne quis mihi dicat: Inimicum habeo sceleratum improbum, corruptum, incorrigibilem: quidquid dixeris, non est tamen Saule deterior. S. lb. f. 712. Leones per artem cicurari possunt, cur non & ira compelet? S. lb. in fine & seq.

Christus ficus petiit ab arbore etiam tunc, cum tempus ficuum non erat: Ita tu fructifica, etsi contra naturam fir. M. conc. 3. aff. 1. n. 11.

Deus præcipit: ergo non est impossibile. Diez conc. 1. n. 4.

Si Deus præcipere dilige inimicum, ob hanc ipsam causam, quia male tibi vult, utique haberes causam difficultatis: sed hoc solum præcipit, ut facias quia ipse præcipit: *Ego autem dico vobis.* Hoc præceptum animavit miliones Martyrum, ut exultarent inter tormenta: & tu ob hoc præceptum non possis exultare inter verba aculeata. &c. Seg. Man. 27. Apr. n. 1.

Eriam gentiles ex mansuetudine meretur naturalis condonare injurias, & hinc inter suos erant æstimati, & honorati, uti Camillus, Metellus, Aristides, Socrates, & ipse Cæsar, de quo Cicero aiebat, Cæsar nihil obliviscitur, nisi injurias! Multi dissimulant injurias ex motivis meretur naturalibus, v. g. ad regendas suas infamias, conficio arcani criminis blanditum: Multi vindictam dissimulant ex metu adversæ potentis: Multi minores injurias declinant, re majoribus involvantur! Octavianus Augustus iustissimum hostem Cinnam blande habuit, & dignitate auxit, ut populi amorem lucraretur &c.

## 172. Est maxime meritoria.

Dilectio inimicorum comparatur martyrio: si hostis tuus, ait Chrysofomus, conatus est occidere, ea res tibi pro martyrio imputabitur: David ter, ait quater martyr erat, quia iniustas Saulis vias vindicavit. S. punct. 39. f. 717.

Si dicas: arduum & difficile esse dilige inimicos, respondeo, tanto magis est memoranda virtus: nam omnis virtus circa difficultatem versatur: S. Th. ait: *Virtus est circa difficile & bonum: & ideo ubi occurrit specialis ratio difficultatis, & boni, ibi est specialis virtus.* Deus in Paradiso non prohibuit protoparentibus glandes, aut absinthium, sed poma dulcissima, quia in illis major est difficultas abstinencia. &c. A. lect. 6. n. 9.

Mater quædam interfectorem sui filii contra apparitores tuetur, in libertatem præmiatum asserit, & per hoc heroicum facinus filium & purgatorio liberat. R. 1. part. m. ir. 40.

Quidam parentis sui interfectori deprecanti veniam tribuens, meruit hæc gratiam, ut Christus e cruce pendens tribus vicibus inclinato capite illi grates reculeret. E. *Dimittere* n. 1.

S. Epiphanius S. Hilarionem invitans illi aviculum assam apposuit: subintulit autem Hilarionem, ignosce, ex quo hunc occidit, Et Epiphanius: Et ego ex quo hunc habitum assumpsi, non dormio habens adversus aliquem offensum. Tunc Hilarionem: Majora sunt merita tua, quam mea! E. *Dimittere* n. 2.

S. Elisabetha Hungaricæ Regis filia sic rogavit Deum: Domine precor humillime, ut omnes, qui me injuriis afficiunt, singulari beneficio afficias! Et Deus revelavit illi, quod nunquam sibi in oratione adeo complacuerit, promissisque illi plenariam remissionem peccatorum.

## 173. Obligat ad alloquia &amp; salutationes.

Ut tollantur inimicitie, & amicitia æterum fundetur, remedium non est expeditum quam mutua allocutio: quod si prior te alius salutarit, repende cum fecerit: Saul David clamavit: *Fili!*, & ille reposuit: *En! servus tuus.* Quo id effecit, ut e Saule prius inimico amoris lacrymas eliceret: Moysen in hoc gloriosior, qui e petra aquam produxit, ait Chrysofomus. S. pun. 20. f. 719. 720.

Quæso qui ille amor foret sine signis externis amoris? testera amoris est illa: *In hoc cognoscent omnes, quod Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Quæ vero hæc testera foret si studiose sub pallio occultaretur? quaris an obligaris ad signa communia amoris, an etiam ad particularia. R. Obligaris ad commu-

nia, quæ negare non licet ex eo, quod dicitur: *inimicus tuus sit &c.* Seg. Man. 27. Apr. 3.

Dices: Ex animo condono illi injuriam! Quid prodest, nisi adversarius condonatum sibi injuriam ex signo agnoscat? pernet esse assiduum ex tuo ratore, proximus non edificabitur, & Deus non erit contentus! condonato vero reconciliatio ex natura sua debet esse mutua, non mutua: Deus vult victoriam tui ipsius, quæ autem victoria, consensus mere interius? Sancti compensantur injurias beneficiis, tu nec vis verbis? quam procul abes a sensu Sanctorum &c.

## 174. Docetur exemplo Sanctorum, &amp; prudentium.

S. David injurias Semei excusat cum voluntate Dei. Machabæi adscribunt Divinæ castigationis. C. Gen. c. 50. v. 19.

S. Ludovico Regi duo assassini mortem machinabantur: monitus est rex, & insidiatores capti sunt. Quid actum? Rex impunes, & præmiatos domum remisit. D. 1. 87.

Puer Chinesis a consodale alapa percussus, quæ summa est apud Chineses injuria, statim ei veniam donat, repetens illud, quod recenter dolus erat: *Et dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus &c.* R. cent. 3. mir. 10.

Miles Mexicanus ab alio offensus jurat se nec barbam rasurum, nec ungues abscissurum, donec sanguinem inimici fuderit. Audiens inimicum ab urbe viginti milliariis versari, illuc itinerat vindictæ causa. Cum autem casu concionem audit de dilectione inimicorum exemplo Christi concipienda, ita commovetur, ut odium in amorem commutat, & inimicum debiti causa incarcerationum vendito equo & armis liberat. R. cent. 3. mir. 27.

Fabius Juris-Consul, Senensis, cum filiolium amantissimum interemptum audit, adeo non indignatus est interfectori, ut testibus accitis in publicas tabulas referri curaverit, se ejus amicitiam affectare. J. 8. Josephus Patriarcha fratris veniam rogantibus respondit: *Molite timere; non Dei possumus resistere voluntati & sicque injuriam venditionis excusavit per Deum volentem.*

## 175. Non debet extinguere ab injuriis &amp; persecutionibus.

Inter ignem naturalem, & supernaturalem caritatis discrimen illud est, quod ille

Can. 8.

ille aqua, suo contrario extingatur, iste autem magis inflammatur: *Aque multe non potuerunt extinguere caritatem.* Ita Sancti Divino amore succenti, quo majores perfectiones patiebantur, tanto ardentiores erant flammis amabat. Israelitas, quos nunquam magis amabat, Israelitas, quam quando vehementissime ab illis offendebantur. Paulus tanto zelosius praecebat, quo magis flagris, & lapidibus petebatur. S. Jacobus Minor, & Stephanus inter letalia vulnera orabant Deum pro persecutoribus. S. Teresa nemini erat benignior, quam suis offensivioribus &c. si ergo ob injuriam desinis amare, signum est te nunquam amasse proximum amore sancto, sed amore interessato, & vitioso propria utilitate &c. A. I. lect. 2. num. 10.

Datur ignis artificialis, qui in mediis aquis ardet, nec extinguitur: talis esse debet ignis caritatis, qui non extinguitur adversis. A. I. lect. 2. n. 11.

Dic quale discrimen est inter damnatos, & animas purgantes in patiendo? illud est, quod prima igni, quo uruntur, maledicant: illa autem, non obstante dolore, ignem amant, quia per illum purgantur, & ad caelum preparantur. Simile discrimen est inter vindicativum, & caritativum: primus maledicit, alter benedicit inimico, quia per illum purgatur &c.

Arif. I. 4. 116. c. 3.

*Sicut debilis stomachi est, cibum duriores non posse concoquere, ait Aristoteles: ita pusillanimis est, verbum durissimum non posse sustinere.* De Caesare ait Cicero: Caesari nihil solet oblivisci nisi injurias. Quanto magis hoc dici debet de Christiano. C. Ep. ad Rom. c. 12. v. 21.

176. Rependit beneficia pro malefactis.

Metaph. in Vita S. Hippo.

S. Epiphanius Saracenum monoculum, qui striculum gladium in caput suum vibrabat, a caecitate oculi liberat. A. I. lect. 2. n. 12.

Deus ipse pro peccatis beneficia refert: ita apud Prophetam Oseam promittit, se meretricem illam, quae cum multis fornicata est, quaeriturum ut sponfam: pro ut exponit Sanctus Hieronymus. A. I. lect. 2. n. 13.

*Benefacie his, qui oderunt vos.* Deus non vult, ut dilectio sit sterilis velut illa ficulnea, cui maledixit, non ferens fructus. Sed qui sunt hi fructus dilectionis? duo genera sunt beneficiorum, unum negativum, alterum positivum: Negativum est non offendere eum, quinos offendit,

& hoc est praecipui. Positivum est illum defendere, Deum pro eo orare, & hoc est consilium. Porro quae inimico beneficia praestitas, sunt beneficia gloriosa, sunt utilia, sunt jucunda &c. Seg. Man. 27. Apr. n. 4.

Abbas Achilles fratri, qui pessimam de ipso opinionem habebat, obsequium praestitit, quod duobus aliis sibi amicissimis negavit. Quaevis rationem reposuit, se id fecisse, ne causam maledicentiae, aut tristicitiae illi praeberet, id quod de duobus aliis metuere non potuisset. E. Verbo: *Benevolentia n. 2.*

Nobilis Romanus occiso fratre occisorem in aedes recepit, & in omnibus liberalissime habuit, ita, ut cum occisor de dura culcitra quereretur, illi suam molliorem cesserit. Matriona Bononiensis filii sui interfectorem loco filii adoptat, & omnium bonorum heredem testamentum scribit. J. 8.

Unde S. Joannis Gualberti sanctitas initium sumpsit? ex condonatione injuriarum, qua interfectorem sui fratris supplicem & inermem, in ipsa Paratensis die sibi obviantem, amore Christi Domini in gratiam recepit. *In Vita.*

S. Nicephorus a Sappirio sibi offenso aliquoties veniam rogavit, & non imprevavit. Cum Sappirius jam sub gladio staret, pro fide Christi Martyr obiturus, adfuit iterum Nicephorus repetens suas preces: obstinatus ille demum negavit veniam. Et ecce! Deus ab illo fortitudinem animi ad subeundum Martyrium abstulit, & Nicephorus loco illius collum gladio praebuit.

Sur. ca. 9. Febr.

Misericors Deus, quanto homines videt esse ingratos, & pessimos, tanto erga illos est liberalior, sic impio & ingratis Achaz promisit Verbi Incarnationem. Pari modo cum mundus erat maxime corruptus, Christus Incarnatus est, ut ubi abundavit iniquitas, ibi abundaret & gratia. Impiis ergo & ingratis benefacere Divinum est. Sancta illa rogata, quomodo ad sanctitatem pervenisset, reposuit: *Nunquam a quoquam lesa sum, quin illi peculiare beneficium rependerim.* C. Illa. 7. v. 14. &c.

177. Praemiatur a Deo.

Quidam Nobili interfectori sui fratris suppliciter veniam roganti, reconciliatur amore Christi. Et Christus illi apprensus ea nocte edixit illi, quod intuitu hujus remunerationis & fratrem & patrem ipsius & purgatorio ad caelos assumperit. E. *Dimitt. n. 7.* Quid-

Quidam Nobili, qui occisori sui fratris veniam in die Paratenses roganti impendit, ea nocte apparet Christus, cumque certificat, quod ob tantum obsequium sibi exhibitum, eo momento liberaretur ipsius & Patrem & purgatorio frarerit. E. *Injuria n. 1.*

Idem contigit Vidue, quae interfectori filii suum & occasionem elabendi dedit. Filius illi apparuit, dixitque se liberatum esse & purgatorio, in quo diuissime ardere debuisset. E. *Injuria. n. 2.*

S. Blonda filii sui occisores ad necem quaerit. Et ecce! illi ad augmentum malitiae illi cor filii suum apponunt. Blonda ex eo odio, cooperante Dei gratia adeo mansuetata est, ut inimicos in gratiam receperit. Et Deus illam traxit in sacrum Ordinem, ubi ad magnam sanctitatem ascendit. N. 2. Sept.

Unde S. Joannis Gualberti sanctitas initium sumpsit? ex condonatione injuriarum, qua interfectorem sui fratris supplicem & inermem, in ipsa Paratensis die sibi obviantem, amore Christi Domini in gratiam recepit. *In Vita.*

S. Nicephorus a Sappirio sibi offenso aliquoties veniam rogavit, & non imprevavit. Cum Sappirius jam sub gladio staret, pro fide Christi Martyr obiturus, adfuit iterum Nicephorus repetens suas preces: obstinatus ille demum negavit veniam. Et ecce! Deus ab illo fortitudinem animi ad subeundum Martyrium abstulit, & Nicephorus loco illius collum gladio praebuit.

Eleemosyna.

178. Defendit contra iram Dei.

**I**n Paradiso arbor non fuit maledicta, sed serpens: Quare? quia illa arbor ministravit sola ad tegendam nuditatem protopropantem: qui vult pauperes, maledictionem non timeat. B. Sermon. 48. §. 5.

Eleemosynarius in judicio non habebit, quod timeat. S. punct. 79. fol. 254. Dormierunt viri divitiarum, & nihil invenerunt, velut illi, qui somniant thesaurum invenisse: at eleemosynarii tunc primum divites sunt, cum evigilant; quia eleemosyna defendit, & dicitur in judicio. S. punct. 82. fol. 266.

Quidam Dives nomine Petrus erat avarissimus in dandis eleemosynis, ita, ut mendici sponsonem invicem facerent, quinam posset ab eo obolum extorquere: unus eorum extorsit ab avaro panem, & paulo post gravi aegritudine correptus, &

ad tribunal Dei citatus vidit malos genios in unam lancem librata mala opera ingere-re, & contra boni genii non habebant, quod imponeret alteri lanci, nisi hunc panem; ad se deinde reverfus agnovit salutarem eleemosynam vim, factique sanctae liberalitatis prodigium omnia in egenos prodiegit. D. 6. 17. Sanch. 4. p. c. 4. fol. 254. E. *Humilitas n. 26.*

Puella quaedam expungens debita desperati hominis poenitentia in turpissima seclera labitur: in morte petit baptizari, & quantam sacerdos cum baptizare volebat propter vitae turpitudinem, nisi sufficientes fidelium vultus haberet, ecce angeli venerunt de caelo, & fidelissimum facebant. Sanch. 6. p. c. 4. fol. 703. in fine.

Pauper operarius non habens laborem sedit ob defectum sustentationis: visus a divite jubetur pro se orare, & vesperi pro oratione recipit aliquot denarios. Dum domum abdit, apparet illi Christus subterque ut ad divitem rediret, ac majus stipendium ab eo peteret. Rediit, petiit, & alterum tantum recipit: rediit secundo iussu Christi, & liberaliter compensatur. Dives nisi id fecisset, ea nocte mortuus & damnatus fuisset. Sanchez 6. p. c. 4. fol. 707.

179. Non procedat ex motivo vano.

*Mitte panem tuum super transseuntes aquas:* Cur in aquas? an unquam aliquis seminavit in aquas? Oliva ait: Ideo in aquas seminandum, ut hic fructum non expectemus, &c. B. Sermon. 54. n. 24.

Ex eleemosyna non est quaerenda ja-stantia aut honor; sicut enim radices arboris dum terra operiuntur, fructuose germinant, & extra terram eruta exarcescunt: ita opera misericordiae, dum ce-lantur, liberalissime praeantur: dum autem oculis exponuntur, meritum perdunt. R. p. 1. m. 46.

Cum Christus Dominus ad gazophylacium templi ferebat, venerunt Pharisaei & monetas aureas ac argenteas, referaque mansupia attulerunt, nemo tamen a Christo fuit laudatus, nisi pauperula vidua afferens minutum. Quare? sine dubio, quia haec sola sanctam habuit intentionem, ceteri vanam, & inutilem. Ita ho-diedum sic: libentius exercentur opera publica, quae gloriam pariunt, quam occultata, libentius distribuntur eleemosyna in platea, quam domi: eriguntur altaria & templa, sed in frontispicio affiguntur insignia & Nomina egentis: dantur mendicis stipes, sed expectantur immensa gra-

Eccl. 12.

gratiarum actiones, & laudum praeconia &c. His omnibus dicitur in illa die: *Recepisti mercedem tuam!*

180. *Largiter compensatur a Deo.*

Genitilis suavis Christianae uxoris pecuniam suam inter pauperes distribuit, promittens, quod Deus Christianorum sit compensaturus. Post aliquot septimanas egens & famens vadit ad Ecclesiam, ubi pecuniam distribuerat, & inveniens numerum emittit piscem. Uxor ubi piscem exenterat, invenit in illo lapidem pretiosum, quem trecentis solidis vendidit. *E. Eleemosyna n. 23.*

S. Iycho puer iustus a patre panes vendere, distribuit illos pauperibus. Indignantem patre promittit, Deum id compensaturum, & promissio respondit effectus; statim enim granaria tritico repleta sunt. *E. Eleemosyna n. 25.*

S. Joannes Eleemosynarius depauperato per factum iustus quindecim auri libras dedit. Dispensator tantum dedit quinque. Vespere autem venit ad S. Episcopum, mulier quinque centenarios auri illi offerens; quaerita autem juravit se voluisse quindecim centenarios offerre, decem autem Divinitus deletos esse. *E. Eleemosyna n. 26.*

Episcopus sitiens pauperi aequae sitienti potum vini, quem unicuique super habebat, porrigit, pro hoc integrum vini dolium recipit. *E. Misericordia in paup. n. 3.*

B. Beatrix de SS. Vulneribus tempore famis panem, triticum, oleum, panem & alia mirabiliter multiplicata recipit, quae in pauperes distribuit. *Ephem. Dom. 5. Aug.*

Leo I. Imp. adhuc privatus, caecum sitientem duxit ad aquas, & ibi a B. V. promissionem Imperii recepit. *C. Ez. 18. v. 7.* Nihil perdidit, si aurum reponatur in Principis Gazophylacium. Manus autem pauperis, ait Ven. Beda, est Christi Gazophylacium. *C. Eccl. 4. v. 11. &c.*

181. *Auger, non minuit fortunas.*

S. Germanus Episcopus praecipit suo Diacono, ut tres denarios, quos in loculis habebat, pauperibus distribueret. Diaconus quasi providus tantum duos expendit. Cum vero ambularent, occurrunt eis milites rogantes S. Germanum, ut Dominum suum aegrotantem inviseret, & illi obolerent ducentos solidos. S. Episcopus intuens Diaconum tunc dixit: Accipe, quem traduntur, & intellige frau-

dem pauperibus factam; si enim tres denarios expendisses, nunc trecentos solidos recepisses. *E. Eleemosyna n. 17.*

Ludovicus Rex Franciae pauperes vocabat stipendiarios, qui sibi regnum in pace conservarent. *E. Eleemosyna n. 18.*

Tiberius Imperator, largus eleemosynarius, in suo palatio lapidem e pavimento, cruce signatum erui jubet, & pretiosissimum thesaurum mille centenariorum auri invenit. *E. Eleemosyna n. 19.*

Alterstorfii haud procul ab urbe Ahenperga in Bavaria facellum esse B. V. ubi illud mirabile, quod ager facellum vicinus, cujus omne frumentum pauperibus cedit, semper fertilis reperitur, etiam quando agri vicini a grandine, aut tempestate vastantur. *H. 2. fol. 63. c. 1.*

S. Villhelaus pro eleemosynis bursum auro plenum, horreum tritico plenum, & dolium vino plenum recepit. Piscatoribus praecipit, ut in nomine Domini retia eiecerent, & illi ingentem piscium multitudinem concluserunt. *Tribem. 5. Julii.*

Aliquod Monasterium depauperat; Angulus comparet, id fieri dicens, quia unus frater e monasterio fuerit dimissus, & alter sponte recesserit; Aenigma ita solvit: *Date, & dabitur esse frater eiecit primo, cedere ultro alium, &c. B. Sermon. 63. n. 15.*

Ille puer in Evangelio quinque panes dedit Christo, & mirabiliter multiplicati sunt: *Quantopius dabit liberaliter, tanto tibi plura largius constituent.* Ait Cyrillus. *& p. 80. fol. 257. & B. Sermon. 63. n. 13. Et iterum S. punct. 84. fol. 268.*

S. Thomas de Villanova Archiep. panes ac farinam omnem in pauperes distribuit, & granarium Divinitus repletum invenit. Pecunias distribuit, & illas mirabiliter auctas deprehendit. *&c. N. 9. Sept.*

S. Gofvinius Abbas Romam itinerans numerum, quem habebat unicuique, pauperi dedit, & deinceps nunquam nummo caruit, quem pauperi daret. Quoties Abbas in eo Monasterio creatur, illi dicitur: Accipe baculum Gofvini, & cujus accipis officium, imitare exemplum. *N. 9. 05.*

Focandus est ager pauperum, cito reddit donantibus fructum, ait S. Augustinus: Est hydria illa farina, & lecythus olei, ex quibus Elias data est eleemosyna: quia non defecerunt. Quinque panes, quibus Christus turbam pavit, multiplicati sunt: ita eleemosyna dicitur; hinc S. Chrysofomus: *Eleemosyna est ars quae suavisima.* *C. Deut. 26. v. 12.*

Tiberius Imperator in pauperes profusus a Deo ingentes opes recepit; cum enim

S. Cyril.  
133. in  
c. 18.

crucem in pavimento sculptam attolli iuberet, sub eo lapide invenit thesaurum multorum auri centenariorum. Cumque inde copiosius largiretur pauperibus, Deus majorem adhuc thesaurum à Narsete Italice Ducis paratum ei dedit. In cisterna, ubi delucit, per multos dies aurum evacuari non poterat. *C. 2. Cor. c. 9. v. 10. Item Math. 14. vers. 19.*

Chrysofomus ait: Eleemosyna non depauperat; sed est vera ars ditescendi. *S. punct. 84. fol. 268.*

Et iterum Chrysofomus: Da pauperi terram, ut accipias caelum: da nummum, ut accipias regnum: da micam, ut accipias totum: da pauperi, ut accipias tibi: quia quidquid pauperi non dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter. *S. punct. 83. fol. 270. C. Deut. 26. v. 12.*

Aliquis eleemosynarius dicitur, quia iustus pueri suo singulis diebus sibi furari quinque nummos, & dare pauperibus. *S. punct. 83. fol. 270.*

Santo Bonifacio Episcopo vinea grandine vastatur, sed cum illud in pauperes distribuit, vinum in calcatorio mirifice augetur. *S. lb. in fine. Idem sanctus triticum in pauperes erogatum cum fenore patri restituit. S. lb. fol. 271. Alius pro nummo viginti denarios recipit. lb. 272.*

Ex Arnulphi progenie ob liberalitatem in pauperes oriuntur Reges Francorum. *S. punct. 86. fol. 275. Sanchez 6. part. c. 4. fol. 709.*

Phileletus agricola, quia in pauperes liberalissimus, meretur neprem suam videre imperatricem. *R. I. part. mir. 49.*

Pauper Patrefamilias numerum, quem unice habebat, pauperi largitur, & meridie venit ignotus famulus, qui illi viginti nummos afferbat. *E. Misericordia in paup. n. 5.*

182. *Premiatur in caelo.*

Christus monet: *Facite vobis sacculos, qui non veterescunt, scilicet thesaurum in caelis: usura mundi centum ad unum: Deus unum accipit ad centum, & tamen homines cum Deo nolunt habere contractum: Episcopus dum costam lampredam pauperi dat, videt illam versus caelum attolli. S. punct. 86. fol. 274. 275.*

Agricola, ait Chrysofomus, penti evacuat, & femina terrae mandat spe lucri: quanto magis non cum hic nulla sterilitas fructum impedire possit. *S. punct. 88. fol. 282.*

Albanus Regis Gandolphi in Indiis famulus conquirebat insignem Architectum,

qui regi suo aliquot palatia edificaret, S. Thomas iusto Dei iuravit cum eo ad Regem, seque architectonia peritum dicebat. Rex dedit illi ingentes pecunias, quas S. Thomas in pauperes erogavit, & propterea tanquam deceptor in carceres fuit conclusus. Interim moritur Regis frater, quem S. Thomas a mortuis resuscitavit: iste mira narrabat de insignibus palatii a se visis, quae S. Thomas in altero mundo Regi exstruxisset. *&c. Sanchez 6. part. c. 4. fol. 701.*

Troilus Episcopus triginta libras auri in pauperes distribuit, sed quoniam penituit, S. Joannes Eleemosynarius illi pecuniam restituit. Et ecce! in caelis visa est hac inscriptio: *Mansio perpetua Troilii, supra sedem auream avelli, & loco illius affigi: Mansio perpetua Joannis Eleemosynarii.* Quo viso Troilus factus est insignis pauperum benefactor. *E. Verbo Celestis gloria. n. 9.*

Pientissimus quidam futor, cum die Sabbati expendebat in pauperes, quod per hebdomadam labore lucratus fuisset, Sanctus quidam Vir singulari Sabbatinis vidit ejus mansionem in caelis edificari. *E. Misericordia in paup. 2.*

Alius piscem perbene costam desistens, illum sibi subtraxit, & pauperi pecunio dedit: Et ecce! pauper una cum cibo in sublime efferri, calum ingredit, & cibum Deo praefertari visus est. *E. Misericordia in paup. n. 4.*

S. Martyrius Monachus Ierosolim suis hameris domum derelicta, & ibi Christum esse agnovit, qui dixit illi: Servebone! tu me non erubuit interra, nec ego te erubescam in caelo. *N. 25. Jan.*

S. Julianus Hospitator pauperem frigoripentem domum tulit, & in suo lectulo calefecit. Ecce! pauper subito splendescere cepit, & in caelum ascendens Juliano dixit, se missum esse, ut peccatum illi dimissum esse nuntiaret. *N. 29. Jan.*

S. Otho Episcopus Bambergensis, pauperum pater, vel pisciculum duobus obolis emptum, tanquam edulium nimis pretiosum comedere noluit, & agrotò submisit, solo pane contentus. In morte ejus pauperes vili sunt pretiosos lapides in montem efferre, & dicere: quia eleemosynas ab Othone accepimus, illi domum pretiosam edificamus. *Leuch. N. 2. Jul.*

S. Reynaldus Comes vestem suam pauperi donat, & mox visus est ab Angelis auro, & argento vestiri. *N. 15. Dec.*

S. Augustinus ait: *Quid sunt pauperes, nisi vasculi: das ba'ulo tuo & ponas in caelum, quod*

S. A. 5.  
Ser. 12. de

quod das. Et mox iterum: Perdes quod dedisti, sed sequeris, quo misisti! non sine thesauro remanebis, sed quem habebas in terra solutus, habebis in celo securus. C. in Ep. S. Jac. c. 5. v. 2.

183. Nemo se excuset: Nihil habeo &c.

Ecc. 25. Spiritus Sanctus ait: *Odioit anima mea divitem mendacem: Ubi S. Augustinus: Dives mendax est, qui in his, que ad Deum non sunt, toties dicit: Non possum. B. Serm. 73. n. 18. & seq.*

Item ib. §. 6. per totum. Et Ser. 65. §. 5. *Quanta impendimus pro spectaculis, pro edifiis, pro ludicris &c. S. puncti. 85. fol. 273. Vide Titulum Divitie.*

S. Servulus pauper & paralyticus elemosyna, quam corrogabat, non tantum se, fed alios etiam pauperes alebat. Hic S. Gregorius ait: Videamus S. Servulum, qui manus paralyti laxatas movere non potuit, & tamen illas ad opem pauperum extendit. Et nos, qui divitiis abundamus, ad miserorum auxilium nec dignum movemus. N. 23. Dec.

S. Ambrosius hortatur: *Necessitatem gloriam, quantum possumus, invenimus, & plus interdum, quam possumus! Quomodo plus prestandum, quam possumus? Quia multi sunt, qui obtinent impotentiam, que tantum est inclementia. O quam ingenui fuerunt Sancti ad sublevandas pauperum necessitates! cum nihil haberent, seipos pignori dederunt, uti S. Paulinus, & alii. C. Ecc. 31. v. 11.*

Sicut Dominus subministrat famulo femina ad seminandos agros, ut tempore messis pro uno grano centum recipiat: sic Deus pro uno obolo in pauperes expendit, dat centenos, ut semper elemosynarius expendere, & nunquam dicere possit: *Nihil habeo!* C. in 2. Cor. c. 9. v. 10.

184. Corruptur illius meritum ob varios defectus.

Primo saepe subest vana gloria. Nazianzenus ait: permulti ad sumptus faciendos sola honoris cupiditate ducuntur: ubi largitio arbitri caret, ibi quoque largitio languescit. S. p. 20. fol. 78.

Secundo, Privatur merito, si fiat cum verbis asperis. *Fili in bonis non des quiescant.* Chrysol. ait: Non te pudet pauperem pro frusto panis impollore vocare? simulat, inquit, tremorem, & infirmitatem: simulat propter scititiam quam, que ad commiserationem non fi-

atur, &c. S. p. 81. fol. 262. *Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum magis, quam datum: sicut ros temperatum, ita comitas & benignitas verborum indigentibus beneficium commendat. S. lb. Immercicordia est prius exprobrare inertiam, & importunitatem pauperi, quam dare. S. lb.*

3. Si fiat ex hypocritis. Officialis in Bavaria post mortem conjugii apparet, indicans, sibi contra aeternam damnationem nil profuisse elemosynas, quia illas ex vano honore dedidit. Et sic cum terribili ejulatu, tota arce tremante disparuit. E. *Elemosyna* n. 8.

S. Emmeramus in Martyrio petiit a Vitale Presbytero haustum frigidæ, & iste negavit, inquit: *Quid vis refrigerari, qui potius mortem optare delectaris? tunc S. Emmeramus hanc penam illi inflixit, ut quoties biberet, temper mentis inops fieret. C. Ez. 18. v. 7.*

185. Non privatur merito data pauperi indigno.

*Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, & iustum in nomine iusti &c. Id est credens eum esse Prophetam, aut iustum, etsi revera non sit, tamen mercedem non perdat. S. p. 86. fol. 274.*

S. Hieronymus ait: Nobis propositum est pedes lavare venientium, non merita discutere. S. p. 87. fol. 280.

Quidam avari frequenter oblatrant, pauperes esse deceptores, simulare cecitatem, contracturas, aliasque facere imposturas, ut pecuniam extorqueant. Sed quid tum? tua immisericordia, mi avaræ, cogit illos; ut huiusmodi simulationes faciant. Pauperes demum debet esse ingenuos, alias nihil acquirit. Nonne si rogetur illa femina amore Dei, nihil efficitur, si autem rogetur nomine mariti peregre absentis, statim extorquetur elemosyna? Nonne si laudatur premium liberalium, nihil efficitur, si autem illa puella laudatur de venustate, statim aperitur crumena? Sic pauperes igitur fiant ingenuos ex tua divitie difficultate flexibili &c. D. 8. §. 56.

Joannes Dei rogabat Marchionem Petrum Hensiq. elemosynam, qui illi viginti duos aureos largitus est. Sed quoniam inauduit, Joannem erga egenos liberalissimum esse, cito habitum pauperis assumpsit, & Joanne stipem flagitavit, atque ecce! Joannes illi omnes viginti duos aureos porrigit. Altera die Marchio Joannem convenit, eique condole, quod a fure-

fus-

fuerit exspoliatus, ex cuius manibus ipse datos illi aureos recepit: negat Joannes se furtum passum fuisse, sed potius lucrum se fuisse fecisse, &c. R. 1. cent. part. 2. mir. 10.

Ecc. 11. Dicit quidem Ecclesiasticus: *Da misericordiam; & ne suscipias peccatorem: sed sensus est, potius favendum esse pio, quam impio. C. Ecc. 12. v. 1.*

186. Quomodo danda sit, quibus, & quoties.

Inprimis habenda est ratio eorum, quibus damus; nam si parvo egent, parum detur, si multo multum. Insuper dandum est, quoties indigent pauperes, hinc qui mane expertus est nostram beneficentiam, si vespere redeat, non est dimittendus vacuus. Tria autem sunt specialiter observanda: 1. Ut elemosyna detur clam, & in occulto, non palam & in publico. 2. Ut detur vultu hilari, non fastidioso. 3. Ut cum damus, verbis blandis alloquamur; nam dono gratiam conciliat oratio, que plus saepe valet, quam ipsum donum. C. Prov. 22. v. 9.

Qui castus, aut indignans dat elemosynam, reficit quidem corpus pauperis, sed animum eius castitia & indignatione cruciat & vulnerat; hinc S. Augustinus: *Si panem dederis tristis, & panem, & meritum perdidisti!* C. Prov. 22. v. 9.

Dices fortasse: Mendicis sunt saepe deceptores, & impostores, adeoque elemosyna indigni. Respondeo, esto ita, elemosyna tamen non privatur merito; quia non pauperi, sed Christo Domino datur, qui expresse promittit: *Quandiu feceritis uni ex fratribus meis minimis, mihi feceritis.* Præterea, que causa pauperes seclerosos facit? Ipsa paupertas, hæc illos ad pellendam famem saepe facinorosos facit: cum ergo hominis talis inopiam levas, forsam multa peccata præpædis, quod est magni meriti apud Deum.

187. Prodest in vita, quia auget fortunas.

Puer ille Evangelicus dat Christo quinque panes, & mirabiliter multiplicantur. S. puncti. 80. fol. 257.

Viduz multiplicatur oleum, quia Eliam recipit. S. lb.

Elemosyna a Deo instat sigilli asseruari dicitur, quia fideliter illam custodit, & etiam non statim, tamen suo tempore retribuit. S. puncti. 80. fol. 258.

Frangit urgenti panem: Quid tum? tunc B. Claus Spicil. univers. Paris II.

erumpet quasi mane lumen tuum; id est, dum alii ficitate, & inopia contabescunt, tu undique felix eris. Imo vita ipsa prolongabitur. S. lb. fol. 259.

Tiberius liberalis in pauperes in suo palatio invenit lapidem cruce signatum, & sub eo grandem thesaurum. Sacerdos Messina duas ollas habebat, unam oleo, alteram farina plenam, ex his quantumcunque egentibus dabat, nunquam illi evacuabatur, &c. Sanchez 6. part. c. 4. fol. 709. & seq.

S. Gregorius naufrago mendicanti sex nummos, iterum redeunt iterum sex nummos, & tertio redeunt scutellam argentæam dari præcepit: hæc autem liberalitas causa fuit, propter quam ad Pontificatum electus est; naufragus enim fuit Angelus, qui hoc illi revelavit. E. *Elemosyna* n. 14.

S. Jodocus panem, quem habebat unicuique, pauperi dedit, & quatuor naviculas plenas panibus in flumine recepit, ignarus, unde advenirent. C. Ezech. 18. v. 7.

Data ante mortem majoris est meriti quam post mortem: 1. Quæ in morte relinquuntur, magis coacta & involuntaria videntur, quæ vero in vita, vult voluntaria & libera. 2. Quæ in vita dat vivens, sibi subtrahit, quæ vero in morte, ea mors illi subtrahit; liberalior ergo cit dans vivens, quam mortuus. 3. Elemosyna data a vivente, est preces pauperum, & favorem Dei conciliat, post mortem autem homo novæ gratiæ est incapax, nec potest in illo justitia crescere. 4. Testamenta, & Legata sunt multis litibus obnoxia, & saepe ad effectum non deducuntur, quæ vero in vita dantur, everti nequeunt, &c. C. Ecc. 14. v. 13.

S. Joannes Elemosynarius, quo plura erogabat, eo plura recipiebat. S. Lydyvina sua liberalitate obtinuit Bursam Christi, in qua, quantumcunque erogabat, semper superaret, quod ulterius erogaret. Simile quid legitur de S. Catharina Senensis, de S. Liberali, & aliis. C. Prov. 22. v. 9.

188. Prodest in morte quia adjuvat, & defendit.

Elemosynam S. Ambrosius vocat defensorum comitem. S. puncti. 80. fol. 258.

Elemosyna a morte liberat; nam ut ait Augustinus ante fores gehennæ stat misericordia & neminem permittit in carcerem mitti, qui erga pauperes largus fuit. Sic Stephanus in profundum lapsus ab operibus misericordie sursum trahitur. S. lb. fol. 259.

F

Ad

Ad resistendum hosti pertinet vis defensiva, & offensiva: hæc est elemosyna: super seutum potens (en / defensivam) En lanceam (en / offensivam) adversus inimicum tuum pugnabit. S. punct. 80. fol. 261.

*Job. 14.* S. Tobias ait: Elemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, En non patitur animam ire in tenebras. Ubi S. Leo: Misereantur pauperum, qui sibi volunt parcere Christum. C. Deut. 26. v. 12. Et Eccl. 3. v. 17.

Elemosyna adlat tribunali Christi non tantum patrocinans, sed persuadens iudici, ut reo patrocinium præster: Ibi dicit Christus: Venite Benedicti; Esurivi enim & pavistis me! &c. Sic Martyres Matrone, a qua in carcere passi sunt, promiserant illi, quod ei in iudicio assistere velint. C. Deut. 26. v. 12.

Beatus, qui intelligit super eorum, En pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Ubi S. Ambr. Sola misericordia comes est deservitorum. C. Deut. 26. v. 12.

189. Prodest post mortem, quia coronat.

Epulo in flammis petit mitti Lazarum: cur illum, quem fame peremit? H. Quia tunc primum agnovit pauperes esse medicos salutaris: cum Deus ad te mittit pauperem, mittit & offert salutaris medicum. S. punct. 80. fol. 261.

Dormierunt somnum suum, En nihil invenerunt viri divitiarum: Qui somniat se invenisse thesaurum, dives est quamdiu dormit; pauper dum evigilat: ac misericors tunc dives est, cum evigilat ad vitam alteram. S. lb. fol. 266.

Elemosyna thesauros cæli comparat elemosynario: est instar columbe, que in diluvio Noem portavit palmam olive: ubi S. Chrysostomus: Pennata est elemosyna, aureas habet alas, ipsa supra modum delectans Angelos. Opes in tuto collocat, hoc est, in celo per manus pauperum: Opes transfige sunt, ait idem S. Doctor. Quomodo venduntur? distribute manent, quælodine fugiunt. Sicut frumentum domi aservatum a vermicibus corroditur, sparsum autem in agros messum parit: sic opes aservate nocent, distributæ profunt. C. Deut. 26. v. 12.

Edificat æterna tabernacula in cælis: S. Chrysologus monet: Da pauperi terram, ut accipias cælum; da nummum ut accipias regnum; da micam; ut accipias totum. C. Deut. 26. vers. 12. Et Prov. 11. v. 4.

Elemosyna pauperi datur, sed Christus illam ut sibi datam recipit: Esurivi

vi, En dedisti mihi manducare. Eccl. C. Deut. 26. v. 12.

Est signum prædestinationis: omnes Sancti illatres fuerunt elemosynarii. Ibidem.

190. Ex iustitia debetur pauperi.

Vitam pauperis ne desraudas: ubi notandum verbum desraudas; sicut enim vita illi debetur, ita & cibus ad vitam necessarius. S. punct. 80. fol. 261. Ideo obligatio, non voluntas libera est succurrere pauperi in necessitate. S. lb. Vitam populi poterat anuli tui gemma fervare, ait Ambrosius. S. punct. 82. fol. 267.

Qui habet duas tunicas, det alteri: ubi Hieronymus: Quod necessarium est pro una tunica habendum est, residuum superfluum est, & pauperibus erogandum. S. punct. 88. fol. 281.

Sanctus Augustinus ait: Quare pauper non capiet tecum cibum, qui tecum accepturus est regnum? quare pauper non accipiet veterem tunicam, qui tecum accepturus est immortalitatis stolam, &c. S. punct. 87. fol. 273.

Duo Cherubin in Arca se mutuo respiciebant, quia debet unus ad alterius indigentiam aspiciere. M. conc. 2. ass. 3. nu. 8.

Iustitia est constans & perpetua voluntas tribuendi cuilibet suum: Quod tibi ad tuam sustentationem necessarium est, tuum est, quod superfluum, tuum non est: cum ergo das pauperi, revera das, quod suum est; hinc Christus promittit misericordibus coronam iustitiæ. C. in 2. Cor. c. 9. v. 9. Et Prov. 1. v. 3.

In eadem republica & civitate sunt divites & pauperes, Deus ita statuit, ut unus alterius auxilio iuraret. Si omnes essent divites, nemo vellet laborare & sic omnes artes cessarent cum magno hominum damno, quare dives pauperem fovet, & pauper pro divite laborare debet. Dives En pauper sunt duo sibi necessaria, ait S. Aug. divus propter pauperem factus est, En pauper propter divitem. C. Prov. 22. v. 1.

191. Non placet Deo data ex bonis iniusti.

Ludovicus XI. Rex Galliarum Sancto Francisco de Paula dono dedit marsupium auri, ut ea pecunia Ordinis sui Ecclesiam edificaret. Recusavit Sanctus Vir donum, dixitque: Mi Rex, melius faceres, si hoc auro debita solveres, & tuis subditis ab immoderatis emunditionibus parceres. D. 3. 51. R. 1. cent. 2. part. tit. 5.

Ab-

Abbas Stephanus cum in Monasterio valde egeret, mendicatum in unam civitatem plateam exivit, in alteram fratrem laicum emisit: cum ergo frater plentore factus rediisset, quam ipse tulerat, quæsit, a quo tam abundantem elemosynam collegisset? & cum intellexit, collectam fuisse a Clerico simoniaco, oburgans fratrem, quod accepisset, decememque nihil ex ea sumere, pastoribus ovium totam distribuit. E. Elemosyna num. 5.

Nobilis Ermoaldus graviter decubens, ex bonis male acquisitis misit S. Lavonmaro quadraginta nummos, ut Deum pro se deprecaretur, & elemosynas faceret. Sanctus Vir tantum unicum retinuit, reliquos latori reportandos reddidit, inquit: per pecuniam injustam non posse placari Deum, nam victimas impiorum abominabiles esse coram Deo. E. Elemosyna num. 15.

Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inveniet? id est, multi aliis sua largiuntur, & pauci sunt fideles, qui aliena non invadunt, aut invasa restitunt. Item multi habent nomen misericordium, ac pauci sunt fideles, quia misericordiam faciunt non sincere, sed si de; quia quærent ostentationem, lucrum aut aliud simile. C. Prov. 20. v. 6. Non placet Deo data in peccato. Prov. 21. v. 27.

192. Quam grata sit Deo.

Osvaldus Angliæ Rex mense acum-bens cum pauperum gregem foris expectare audiret, & cibos & argentam mensam illis distribuit iussit. Assidens Episcopus apprehendit ejus dexteram, inquit: Nunquam veterascat hæc manus; & fuit vitium, nunquam enim manus cum relicto corpore corrupta fuit. E. Elemosyna n. 29. Misericord. in paup. 9.

Joannes de Deo pauperimus, & humillimus, dum pauperibus pedes lavat, Christum ipsum inter hos videre meruit, dicentem: Ego ipse sum, cui tu pedes lavas! coronam spineam a Christo accepit. N. 8. Mart.

Deus in misericorde homine agnoscit imaginem suæ Divinitatis: Egoe misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Ubi S. Leo: Imago Dei est homo benefacienter. C. Deut. 26. v. 12.

S. Antonino quidam corbem plenam fructibus dono dedit, sperans reciprocum munus se accepturum. Sanctus nil retulit, quam illud: Deo gratias! & cum cerneret donatorem subritem abire, vocat

illum, acceptaque bilance in una statera collocat fruges donatas, in altera sortitum: Deo gratias! Et ecce! hæc alteri multum præponderabat. D. 2. 72. Sanchez part. 6. c. 4. fol. 702.

193. Melius expenditur in egenos, quam in ædificia, altaria &c.

Lapides & ædificia cum sæculo transiunt: ex vivis autem lapidibus civitas Regis Magni constituitur, quos in fassuros, & smaragdos convertendos esse Scriptura recenset. Hinc S. Hieronymus ad Demetriandum:

Alii ædificent Ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles advehant &c. non refrendo, a non abnuo, unquamque in suo sensu abundet: sed tibi aliud propositum est, Christum vestire in pauperibus, &c. S. punct. 79. fol. 254.

S. Ambrosius: Parietes auro vestitis, & homines vestite nudatis: Clamat homo nudus, & tu sollicitus es, quibus marmoribus pavimenta vestias. S. punct. 82. fol. 267.

Chrysolomus: pecunias tuas in manus inopum dispensa, relictis lapidibus & splendis ædificiis: &c. S. punct. 87. fol. 272.

Et iterum: Vis corpus Christi honorare? non despicias ipsam nudum, nec hic quidem in Ecclesia feris panis induas, foris autem frigore, ac nuditate confici negligas. S. punct. 88. fol. 281.

S. Casarius Episcopus Arelatensis Theodorico Gothorum Regi captivus mittitur tanquam proditoris reus: sed comperit innocentia ille cum ingentibus donis in patriam remittitur, ubi ille thesauros in pauperes distribuit, inquit: Christo longe gratus esse, si hos thesauros in suis pauperibus, quam in altariis videat: sepe sacra vasa erogavit. F. p. 3. fol. 117.

Christus ipse unguentum non accipit, ut pauperibus illud cedat. M. conc. 42. ass. 2. num. 8.

S. Augustinus vasa dominica propter captivos frangi ac consulari iussit. C. Exod. 26. f. 524. col. 2.

194. Docetur exemplum Sanctorum.

Acacius Amida Episcopus vasa aurea, & argentea vendit ad redimendos captivos. C. Gen. fol. 524. col. 2. & 573. col. 2.

Amadens Sabaudia Dux pauperes vocat suos canes venaticos, quibuscum cælestem patriam venari speraret. C. Gen. fol. 518. col. 1.

F 2

Chri-

Christus Dominus summo mane surrexit, ut anteverteret mulieres suum corpus ungere volentes: cur ergo non accepit unguentum pretiosum? Respondet S. Bernardus, ut illud pauperibus cederet. M. conc. 42. aff. 2. num. 8.

Annulphus divitias omnes dat egenis, & ex sua familia meretur procreare Reges Francorum. S. Gregorius deficiente pecunia vas argenteum dat, & pro illo Angelum ad mensam recipit, qui illi Pontificatum annuntiat. Quidam Abbas lampredam delicate coctam pauperi dat, & videt in cælum atollit, &c. S. punct. 86. fol. 275. 276.

Joannes Eleemosynarius prima die, quo ad Patriarchatum evectus est, septem millia mendicorum convocari ac conferri jubet, quibus dein quotidianum victum præbuit. Robertus Rex Gallie egenis stipem distribuit, & manum exoculatur: quotidie millenis mendicis panem & vinum ministrat: in hebdomada sancta pedes lavat, pacis, stipem distribuit, aliaque sanctæ liberalitatis opera facit, &c. D. 4. 90.

S. Serapion seipsum vestibus privavit, ut nudos vestiret: qualis, quis eum spoliasset? reposuit: Ille! Evangelium quod manu tenebat, digito signans. E. Eleemosyna num. 11.

S. Dominicus adhuc juvenis libros vendidit, ut famelicos pasceret. Ecdicius Senator tempore famis Burgundie quatuor millia pauperum aluit. S. Paulinus Episcopus Nolanus, omnibus in pauperes erogatis, seipsum pro Viduæ filio VVandalis in servitutem tradidit. Idem fecit S. Paula Romana, quæ ita profusa fuit in pauperes, ut moriens debuerit aliena veste, & sumptu sepeliri. Idem legitur de S. Martino, de S. Joanne Eleemosynario & aliis. C. 2. Cor. c. 8. v. 12.

195. Infiges fructus post se trahis.

Eleemosyna i. actiones justorum dirigit, prosperat, & fortunat, ut inoffensi per omnia pericula incendant, & felices rerum suarum successus fortiantur, redæque via versus cælum progrediantur. Eleemosyna, ait S. Chryostomus, est via regia, quæ in caloriam anas adducit, &c. C. Prov. 11. v. 4.

2. Infiges virtutum fructus in animo eleemosynarii producit: sicut radix arboris in pingui solo quotannis folia, & fructus afferit: ita pecunia in manibus pauperum, ait S. Chryostomus, non solum in anno, sed quotidie spirituales fructus producit, sicut enim in Deum, peccatorum ab-

scissum, conscientiam botam, lætissimam spirituales, spem jucundam, & bona que præparavit Deus diligentibus se. Justus ut palma florebit, sicut Cedrus Libani multiplicabitur. C. Prov. 11. v. 28.

3. Eleemosyna Misericordiam Dei provocat, & ad veniam peccatorum impetrandam disponit, juxta illud: Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur! unde S. Augustinus: Ante fores gehennæ stat misericordia. Et neminem permittit in carcerem mitti misericordem. Et S. Chryostomus: Magna reseclemoniam, regina virtutum, quæ homines ad cælum adducit, advocati optimi loco fungens. C. Prov. 14. v. 21.

196. Non est consilium tantum, sed quasi præceptum.

Non consilio monetur, sed præcepto indicitur, ait Sanctus Thomas de Villanova. Epulo damnatus est propter imitatoriam Lazaro exhibitam: ergo tenebatur succurrere egeni Lazaro. Quæ non dedisti, rapisti. C. B. Serm. 73. nu. 22. & seq.

Virgines fatuæ exclusæ sunt, quia sua non dederunt. S. punct. 80. fol. 261.

Nihil est tam proprium homini, quam humanitas: ergo homo est, qui humanus est erga alios: hinc comparatur foli, qui lucem & radios non sibi soli reservat, sed cunctis impertit. C. Deut. 26. v. 12.

Deus graviter punivit imitatoribus: Viralis Presbyter, qui S. Eusebio in tormentis negavit haultum frigidæ, quoties deinceps bibit, semper mentis inops factus est. Dives, qui S. VVilibrordo potum negavit, toto anno ardentem sitim extingueret non potuit, donec post annum a redeunte S. VVilibrordo veniam impetravit. C. Ezech. 26. v. 7.

Eleemosynam pauperis ne defraudes. Ubi S. Basilus, in illud: Deserviam herrea mea: Nunquid spoliator es, qui que dispensanda accepisti, propria repastas! Est panis famelicis, quem tu tenes! nudi tunicæ quam tu servas; discaletati calcæus, qui apud te patrescit, &c. C. Eccl. 4. v. 1.

197. Deum debitorem facit.

In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abraham. Ecce! ait Cajetanus, quousque se Deus demittat, in similitudinem hominis pacificetur cum homine. Et Chryostomus: Ipsum tene debitorem, ipsum exiget. Et Chryologus: homo homini obstringitur exigæ

exigæ caritæ obligatione, Deus tot, ac tantis voluminibus cavet, & tamen debitor non tenebitur? S. punct. 22. fol. 92.

Si agricola sementem terræ mandat spe lucri, quanto magis nos seminemus in sinus pauperum; cum hic nulla sterilitas fructum impedire possit? S. p. 88. fol. 282.

Dives quidam duodecim filiis, quos habuit, metum diffusionum & litium omnem hereditatem Deo in Ecclesia donavit, & Deus filiis adeo compensavit donum, ut singuli supra bona paterna ditati sint. E. Misericord. in paup. n. 6.

Si dicas: Proles mihi sunt ditandæ, occurrit Chryostomus: si vis filios divites in tuto relinquere, Deum ipsi relinquere debitorem, & hoc eis chirographum trade: Deus centuplum, quod promissit re- pendet. C. Lev. 24. v. 5. fol. 742.

Quæris, quomodo Deum debitorem faciam? audi Chryostomus: Nunc hujus rei tempus est, nunc elurit, nunc fiet, nunc nudus est in pauperibus, cum hæc vita elapsa fuerit, tui non indigebit. C. Lev. 24. fol. 742.

Puella Alexandrina pauperi ob debita sibi laqueum paranti omnem suam substantiam donat, dein ex paupertate impudentissime de quaestu corporis vixit. Sed morbo correpta, & respiciens, ad Episcopum venit, rogans baptizari. Negavit illi Episcopus baptismum, nisi sponso- rem adduceret, quod velit deinceps caste vivere. Et ecce! adfuerunt mox duo Angeli sponsores &c. C. Ez. 18. v. 7.

Eccl. 17. Omnia opera illorum velut sol in conspectu Dei. Sicut sigillo, seu signaculo solemus obnigare res preciosas; ita Deus obnigat eleemosynas in mente sua, ut fideliter ibi asserventur, & suo tempore justam illis mercedem retribuat. Hinc Deus ipse dicit: Nonne hæc condita sunt apud me, & si fideli- ter servata in thesauris meis. C. Eccl. 17. v. 18.

Eleemosyna est victrix virtus; vincit avaritiam, vincit peccata, vincit & expungat cælum, vincit dæmonem, vincit Deum; unde ipsa specie reginæ apparuit S. Joanni Eleemosynario, asserens, se Deo esse familiarissimam, & omnia posse impetrare. C. Prov. 22. v. 9.

Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Est ergo Eleemosyna ars & usura lucrosissima, i. Quia Deum, non hominem nobis debitorem facimus. 2. Quia Deus sortem & censum non simpliciter, sed centuplum solvit, id enim signate promittit, centuplum accipietis. 3. Quia Deus bis solvit, in terra & in cælo. 4. Qui lucrum securum est & certum apud D. Claus Spicell. univers. Part II,

Deum, secus ac usura in terra, quæ una cum sorte perendi periculo exponitur. 5. Quia ingens est Dei liberalitas & dignatio, quod se obligat ad usuram operum, de quibus nullam accipit utilitatem. 6. Quia usura in hac vita solum prodest usurario, sed Deus se obligat etiam ad ditandas & felicitandas proles totamque familiam. 7. Quia usurarius pecuniam dat suam, non alienam, ac eleemosynarius non dat de suo, sed ex eo, quod Dei est, & quod a Deo jam accepti &c. Evagrius Philo sophus audiens a Synesio Episcopo hanc gnomen Salomonis: Feneratur Domino, qui miseretur pauperis, dedit ei pecunias erogandas in pauperes, poposcitque chirographum, quo sibi promitteret, eas in altera vita cum fenore reddendas, quod & moriens fecit cum sepeliri iussit. Post mortem apparuit Synesio, resistentique chirographum dixit: sibi abunde satisfactum esse. C. Prov. 19. v. 17.

198. Non ex munere, sed ex assiduæ estimatur.

Flebam quondam parantem suam substantiam donat, dein ex paupertate impudentissime de quaestu corporis vixit. Sed morbo correpta, & respiciens, ad Episcopum venit, rogans baptizari. Negavit illi Episcopus baptismum, nisi sponso- rem adduceret, quod velit deinceps caste vivere. Et ecce! adfuerunt mox duo Angeli sponsores &c. C. Ez. 18. v. 7.

Monitum est Ecclesiastici: Cor inopis Eccl. 4. ne affixeris, & non probabas datum arguentis: Quibus verbis cunctationem dantis improbat. Quare? i. Quia qui cito dat indigenti, totam auferit miseriam, qui vero tarde, partem duntaxat miseriam auferit. 2. Qui cito dat, cito explet desiderium, quod cruciat indigentem, qui vero tarde, sicut cum suo desiderio cruciari: spes enim, quæ differt, affligit animam. 3. Qui cito dat, indicat animum benevolum, qui vero tarde, indicat animum avarum, & malevolum; minus autem maxime estimatur ex animo. 4. Qui negligit preces pauperis, eum contristat, & subinde ad iram, & impatientiam adducit, ut mala imprectur neganti, quorum Deus vindex est. 5. Qui tarde dedit, diu noluit: beneficentia autem, ait Philo, nunquam pulchrior apparet, quam cum plena est, &c. C. Eccl. 4. v. 3.

Perfectio, & meritum eleemosynæ consistit in promptitudine voluntatis; hic

hinc qui non habet quod det, ex affectu, & voluntate dandi tantum potest colligere meritum, quantum ille qui habet quod det. S. Aug. ait: Si potes dare, dā si non potes, affabilem te facit coronat Deus inanis bonitatem, ubi non invenit facultatem. C. in Ep. 2. Cor. c. 8. v. 12.

Misericordia.

199. Exhibenda proximo unice propter Deum.

Christus monet: cum facis convivium voca pauperes, claudos, cæcos &c. Quare? Cornelius a Lap. ait: Quia non habent retribuere tibi, ut non nisi ob amorem Dei invitet, eo quod a pauperibus nihil speret. B. Ser. 33. n. 27.

116. 6. Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Particula sicut non dicit aequalitatem, sed similitudinem, nam misericordiam, quæ est voluntas succurrere alienis miseris, in Deo est actus caritatis, in homine est affectus teneritudinis naturalis. Potest tamen in homine etiam ex caritate promanare, ideo requiritur estote misericordes sicut & Pater. Et primo Deus assumpsit naturam humanam, ut alienas miseras etiam in se sentiret: ita & tu alienas miseras ut proprias habe. 2. Deus miseretur etiam eorum, qui sui culpa sunt miseri, uti sunt peccatores: ita & tu commiseratione movearis eorum, qui potius digni sunt reprehensione. 3. Deus non solum amicorum, sed etiam inimicorum miseretur, imo in ipso inferno mitius merito punit: ita & tu promptus es etiam inimicis succurrere. 4. Deus misericordiam suam effundit supra miseros, est ipse felicitissimus: ita & tu contra genium eorum, qui quanto sunt feliciores, tanto sunt duriores, misericordiam induas, &c. Segn. Manna 18. Jul. Sanchez. 6. p. c. 4.

Diligendus est Deus propter seipsum, proximus autem propter Deum. Et quidem primo. Propter Deum tanquam causam motivam, quia ipse præcipit Legislator omni amore dignissimus. 2. Propter Deum tanquam causam formalem, quia nos amavit sine ullo suo commercio & emolumento. 3. Propter Deum tanquam causam exemplarem; quia nos amavit cum summo suo incommodo, ponendo vitam & sanguinem pro nobis. 4. Propter Deum tanquam causam finalem, quia misericorditæ opera securissime ducunt ad Deum.

200. Succurrit necessitatibus proximi.

S. Apollinaris Patriarcha Alexandrinus, ut nobilem depauperatum solaretur, apocham fingit, qua quinquaginta talentorum debitorem se illi scribit, tamque apocham tanquam repente inventam illi nobili per tertium consignat, ac summam solvit. R. T. p. mir. 46.

Cicero ait: Nihil est nature hominis accommodatius, quam liberalem esse. Cyrus Persarum Rex dicitur nullum in suos, & alienos liberalitatis genus prætermisisse. Protonæus Philadelphus ajebat: Male se alios ditare, quam ipse ditescere. Sic Alexander Severus: sic Constantinus Magnus: Leo X. Papa dicere solebat: Eos principe loco indignos, qui nequaquam benefica manu in suos uterentur. H. Ser. 26. fol. 237.

Opera Misericorditæ erga proximum non tantum de consilio, sed de precepto esse videtur: cum Christus esuriet, petit fructus a ficu, cum autem illa non haberet nisi folia, maledixit illi, & arefacta est ficus. C. in Matth. 21. v. 19.

Misericordia habet suos gradus, & obligat succurrere propinquiore præ remotiore. Sic Christus reprehendit filios dicentes parentibus egenibus Corbam, id est, munus illud Deo offerre præstat, quam dare tibi, O Pater. S. Augustinus damnat parentes, qui bona sua dant Monasterio, cum habeant filios indigentes adeo talium oblationes ille resutare solebat. C. Olee 6. v. 6.

201. Habet commiserationem cum peccatore.

Si inter viginti vitæ duo frangantur, ait S. Franciscus Salesius, an illa, quæ integra in cista manserunt, merito contemnere possunt fracta? minime.

Hinc S. Job ait: Quare persequimini me sicut Deus? id est interpretare Gregorius: tanquam vos Deus imprecabilis effusetis. B. Ser. 82. n. 15. 16.

Estote Misericordes sicut Pater vester misericors est. Quomodo ergo Divinus Pater Misericors est? Infinitum in modum, ita ut primo se extendat ad omnes peccatores, volens eos preserverare ab inferno. 3. Ut se extendat ad multitudinem & enormitatem omnium peccatorum, tamque superer. Misericordia superexaltat iudicium. Ita homo a sua commiseratione non excludat miserimos peccatores. C. Eccl. 17. v. 18.

Recit-

Eccl. 29. Recupera proximum secundum virtutem tuam. Infinita est beneficentia, quam tibi Deus exhibuit: ergo infinitum in modum ei debitorus. Sed quomodo tante obligationi satisfacere potes? quid illi reddes, cum sine te ditissimus sit, nec ulla lege creat? Nempe si coopereris ad conversionem peccatoris, etiam miserimi, ut eripiaris e captivitate demonis, & adducatur ad Christum Redemptorem. Segn. Manna 2. Julii.

202. Virtus Deo gratissima, & salutaris.

Misericordia propria est Deo; summum enim Bonum summe est Misericors, & beneficium: Misericordia ejus super omnia opera ejus. Et Ecclesia: Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Quis Misericordiam præfert sacrificio, quibus plus querit utilitatem hominis quam suam; hinc Nazianz. de cura paup. ait: Ello calamitoso Deus! Et S. Cypr. Quando quis miseretur pauperis, Deo fuerat. Et S. Chrysol. Misericordia major est gratia, quam mortuus suscitare. C. Olee 6. v. 6.

Nulla virtus securius ad cælum deducit, quam misericordia: Illa ait S. Chrysolomus, nobis mansionem in cælo edificat, & æterna tabernacula preparat. C. Olee 6. v. 6.

Si pauperem curaveris ut pater, Deus te curabit ut filium: sicut ergo filius hominis homo est, ita filius Dei Deus est, præferunt si propriam Divinitatis dotem, beneficentiam, & misericordiam imitentur. S. Hilarius ait: Sic auro (pauperi dato) immutatur, ut ex terrenis celestes, ex mortalibus hauris celestes. Et Clemens Alexandr. Dei imago est homo benefaciens.

Ac tandem Nazianz. Nihil adeo Divinum Strom. Nævianz. habet homo, quam benefacere. C. Eccl. 17. v. 11.

His omnibus concordat essatum S. Greg. Nyls. in illud: Beati Misericordes, inquit: Si Misericordis appellatio decet Deum, ad quid aliud te Sermo Christi hortatur, nisi ut Deus fias? Certe prout in eundem sensum loquitur S. Leo: Deus, ubi curam Misericordiam invenit, ibi imaginem suæ pietatis agnoscit. Quid? quod ipsi gentiles hanc veritatem agnovissent: Seneca ait: Quid est dare beneficium? imitari Deum. C. Eccl. 4. v. 11. Ex quibus omnibus patet, quod Misericordia & beneficentia hominem Deo similem faciat &c.

Nulli virtuti Deo magis, & securius promittit veniam peccatorum, ac regnum calorum, quam misericordia. Beati Misericordes, quoniam misericordiam conse-

quantur. Sala Misericordia; ait Auctor Ser. ad fratres in eremo, Deum deducit ad hominem, & hominem ad Deum, Deum humiliat, & nos sublimat. C. Olee 6. v. 6.

Misericordia comparatur oleo: sicut ergo pro oleum Sardius lapis enervatur, qui propter rubeum suum colorem symbolum est iudicii, & vindictæ; ita per misericordiam mitigatur ira iudicis. Et sicut per oleum evadunt athletæ; quia ab adversario teneri non possunt; ita misericordes effugient vim demonum accufantium. C. Jac. 2. v. 13.

203. In beneficiis qualis esse debeat.

Misericordia, seu beneficentia erga proximum debet esse amica & hilaris, non ex tristitia, & cum vultu & verbis asperis; bilarem enim datorem diligit Deus. Unde verba ille Ecclesiasticus: In bonis det querelam, nec tristitiam verbi mali, Vatablus & alii sic vertunt: Beneficium non addas reprehensionem, nec ulli dono molestiam verborum; hæc enim omnem beneficium gratiam tollit, quia in beneficio maxime spectatur animus benevolus, cuius index est sermo amicus. Unde Igd. Pelusota: Non ab ipsa donationis magnitudine, sed ex animi proposito eleemosyna assimatur. C. Eccl. 18. v. 15.

Margaritæ, ait Plinius, sunt coagulum rovis cælestis, ac proin pro varietate cæli sereni vel turbidi candida, vel sordida formantur. Beneficia & gratiæ sunt margaritæ, quibus si vultus serenus, & hilaritas verborum accedat, hilarifacit: si vero amarietudo, & acerbitas verborum, fordescant, & morerem asserunt. Audi Aug. Si potes dare, dā, inquit: si non potes, affabilem te præsta. C. Eccl. 18. v. 16.

In Beneficiis dandis quatuor sunt observanda 1. ut detur quies alteri indigenti, hinc inops, qui manes nostram beneficentiam exit expertus, si vespere redeat, non est vacuus dimittendus. 2. Ut eleemosyna detur clam, & in occulto, neciat sinistra, quid faciat dextra. 3. Ut detur cum vultu hilari & amico. 4. Ut detur cum verbis benevolis; quæ sæpe plus valent quam ipsum donum. C. Eccl. 12. v. 11.

Beneficia collata exprobrari non debent; exprobratio enim beneficij esse sine liberalitatis, quæ omnem eius speciem deformat: Cum dederis, ait Sapiens, ne improperes; quia cum, cui improperas, pudefacis, & ingratus reddis. Hinc Chilon Lacedæmonius sapienter ait: Da-

F 4

S. Aug. in Ep. 103.

116. 6.

Matth. 15.

Possid. in vita c. 24.

S. Hilari. in Ps. 51.

Act. 13.

Orat. 16. 4. v. 11.

S. Greg. Nyls. de beatitud.

S. Leo. Ser. 10. de Quadr.

2. Cor. 9.

Eccl. 18. v. 15.

Igd. Pel. 1. 3. Ep. 118.

Plin. 1. 9. 35.

Eccl. 43.

*si beneficii deest oblivisci, accepti meminisse.* Alexander vero magnus regium esse dicebat, in eos sapere, & multum conficere, a quibus male audias.

Huc spectat cavillus Antigoni, quem referet Seneca: ab Antigono Cynicus peti talentum, respondit Rex, id plus esse, quam quod Cynicus petere debere. Repulsi petiti denarium, respondit, id minus esse, quam quod Regem dare deceret. Turpis cavillatio! invenit, quomodo neutrum dare: talentum reputavit indignum Cynico, denarium Rege, & sic utrumque elusit. Quid ergo factu opus est? id docet Seneca: Hac beneficii inter duos lex est, alter statim oblivisci debet dari, alter accepti nunquam! Si teant interamicos hac verba: Ego te servavi! ego te eripui morti! admonitio radium facit, exprobratio odium. C. in Ep. Jac. c. 1. v. 5.

## OPERA MISERICORDIÆ.

## Esurientes pascere.

204. Est opus valde meritum.

Abraham, Tobias & Job famelicis cibos ministrarunt. S. Bernardinus Senensis sibi ipsi subtraxit cibos, ut egentibus porrigere posset. Sanch. 6. p. c. 4. fol. 689.

Quam gratum opus sit Deo, patet ex illo, quod Episcopus nihil habens, quod famelico hospiti apponeret, precibus volentem gruem in terram deiecerit. E. Verbo Caritas n. 3.

Erdicus Romanorum Senator in Burgundia agens quatuor pauperum millia tempore egestatis pavit, & vocem de caelo audit: Erdic! tibi & semini tuo panis non deficiet in æternum, quia me tempore famis in pauperibus meis refecisti. E. Eleemosyna n. 20.

Pius Religiosus tempore prandii misit famulum cum scutella edulio plena, eamque jussit inferri in domum fere palatio similem. Ingressus famulus invenit numerosam prolem filias comedentem! T. n. 87.

Tob. 1.  
Tob. 30.  
Matth. 25.

Tobias in captivitate circumbat carceres, & famelicos pascere. S. Job dicere solebat: Non comedi buccellam panis solus. Ruth colligebat spicas pro se & pauperibus. Christus Dominus promittit, quod panem famelico porrectum, tantam sibi ipsi datum acceptare & coronare velit. S. Ivo pauperem ad mensam invitavit, qui durante prandio (Christus

enim erat) mirum in modum splenderè cepit. Hinc progenitores nostri in fundandis Xenodochiis & orphanorum domibus adeo fuisse liberales, ut Christum in pauperibus pascere.

Christus Dominus famelicam turbam in deserto miseratus, quinque hominum millia quinque panibus mirabiliter multiplicatis pavit, præcipiens, ut follicite affererent, quæ superfluerent, fragmenta. Hac fragmenta nobis reservantur, ut pacificos esurientes. Quam gratum hoc opus Deo sit, pluribus prodigiis demonstravit. S. Rosa adhuc adolescentula pascere pie pauperes fragmentis de mensa residuis. Deprehensa quondam a Patre, dum panes portabat ad famelicos, quærebatur, quid portaret? Reposuit illa: Rosas fere! Et revera dum corbem aperire jubetur, Patres rosas vidit. In vita Chr.

## Potum dare sitientibus.

205. Est opus valde meritum.

Deus etiam haustum frigidæ non imprecium finit. S. Cyrillus, quia Virgini Anastasie in martyrii tormentis sitienti potum porrigit, coronam Martyrii consequitur. Sanch. 6. p. c. 4. fol. 699.

Sancti non tantum sitientes refecerunt, sed potu etiam benedicto miseris a suis miseris liberarunt. S. Malachias Hibernie Episcopus poculo benedicto a morte mulierem liberavit, & infantem, quem utero portabat, ad partum promovit. B. Sur. T. 5. Bertinus Abbas Vvalbertum Comitem lapsu equi collisum vino benedicto, intra horam sanitati restituit. S. Vincentius Ord. S. Dominici vinum acetens convertit in optimum, unde aliquot millia sitim levavit. S. Villibordus haustu benedicto insanabilem, acrabidam cujusdam sitim extinxit, & profligavit.

Sitis nonnunquam major est afflictio quam fames, hinc ægroti, morientes, SS. Martyres in tormentis, & ipse Dei Filius in cruce de sitionequebatur. Lystrachus Rex pro haustu frigidæ regnum vendidit: felix emptor, qui regiam coronam pro haustu medico adipisci potuit. Sed hoc idem promittit Christus illi, qui potum dederit sitienti.

## Hospitio peregrinos suscipere.

206. Est opus valde meritum.

Job & Abraham erant valde hospites: Abraham in ostio tabernaculi fender, ut nemo peregrinus prætergrediarit.

Angelos recipit, & eis lavat pedes. Saram exhortatur, ut strenue serviat. S. punct. 87. fol. 277.

Rachab quia hospitalis est, & familiam suam servat, & meretur esse ex progenitoribus Christi. S. punct. 87. fol. 279.

Apostol. ait: *Hospitalitatem sectantes*: Origenes: Non solum venientem ad nos suscipiamus, sed sectemur, & perquiramus hospites, ne in plateis sedeant, & aiant: *Vadimus ad domum Dei, nullisque sub tectum vult nos recipere*. Præpostera hospitalitas est magnos laute, miseros avarè tractare. S. punct. 87. fol. 279. Et C. Gen. c. 18. vers. 1. & 2.

Hospitibus ad mensam servire, pedes lavare, est mos antiquissimus. D. 10. 52.

Raab quia exploratores Jericho excepit hospitio, merita est ab interitu servari. S. Germanus in Angliam veniens a nemine, nisi a paupere pastore excipitur, qui cum mactato vitulo reficiebat. Germanus finito prandio ossa omnia pelli vituli involvi jussit, ac vitulum ad vitam revocavit, pastori autem prædixit, quod in Angliam Regem evehendus esset. Quod etiam factum est. Sanch. 6. part. c. 4. f. 690.

In scelerata urbe Sodoma solus Loth pius operibus intentus hospitio recepit peregrinos, inter quos etiam fuisse duo Angelos. Patrem in modum hospitalis erat S. Job. Cum S. Gregorius vespere aliquot pauperes hospitio receptos liberaliter pavisset, mane numerum uno minorem invenit, ex quo desumebat, Christum fuisse, qui interim disparuit.

Laban erat exemplum hospitalis patrisfamilias; nam 1. Ad vocem fororis statim invitavit famulum Abrahæ. 2. Benigne eam allocutus est. 3. Non curavit sumptus in jumenta & focios. 4. Ipsomet Camelos destravit, aquam lavandis pedibus attulit. 5. Servum festinantem non diu detinuit, sed abire permisit. C. Gen. c. 24. v. 29.

Deus hospitalitatem largiter remunerat tam in hac, quam in altera vita. Abraham meruit tres Divinas Personas humana specie velatas recipere, ait enim sacer textus: *Tres vidisti, & unum adoravit*. Loth dignus fuit, qui ex incendio

Job. 42.  
4. Reg. 4.

Sodomæ per Angelos educeretur. Job ad paupertatem redactus, divitias omnes cum seniore recepit. Eliseus mulieri Sunamitidæ filium impetravit, & cum hic mortuus esset, ad vitam illum revocavit. Martha & Magdalena Christum hospitio recipientes meruerunt, ut quadriduanum fratrem Lazarum ad vitam suscitaret.

Quantum hospitalitas placeat Deo, patet ex penis, quibus & contrario punit immisericos, qui peregrinos despiciunt & repellunt. Scimus crudele infanticidium Herodis: cur Dominus Deus tantam tyrannidem permisit contra innocentes pueros? Dicunt Sancti Patres, in penam parentum, qui in Bethleem & alibi Mariam, & Josephum exules non receperunt.

Monasterium in pauperes insigniter liberaliter divitiis abundat. Mortuo Abbate cum tenax & avarus illi sufficere fuit, Monasterium depauperatum fuit. Mirantibus Monachis Angelus ad portam veniens, explicavit illis causam, inquit: Expulisti fratrem Dæ! & tunc frater, *Dabitur vobis*, ultro a vobis recessit, &c.

Cum iustus ingreditur domum, pluit super illum benedictiones cœlestes, sic Laban propter Jacob, Ægypt. propter Joseph ditatur. Nec obstat, quod forsitan hospes sit homo malus: nam S. Hieronymus ait: Nobis in monasterio propositum est pedes lavare venientium, non merita discutere. S. punct. 87. fol. 280.

Per hospitalitatem avertitur ira, & supplicium Dei, ita enim conservatus est aliquis inter ruinas Antiochiæ urbis, velut Loth in Sodomis. S. punct. 87. fol. 280.

Monasterium, dictum S. Bernardi in altissimis & sublimissimis rupibus inter Lombardiam & Sabaudiam adiacens, innumera beneficia conferit itinerantibus, qui per sex miliaria germanica ex una parte sursum, & per sex alia ex altera parte deorsum viam maxime arduam conficere debent. Deus autem remuneratur liberalitatem illorum Religiosorum, 1. Quod nullus suspecte moriatur. 2. Quod nullus rupium ascensu aut descensu ex lapsu pereat. 3. Quod nemo Monasterio quidquam furari queat, quin prodatur. D. 1. 2.

Episcopus non habens, quod famelico hospiti apponeret, precibus volentem gruem in terram deiecit. E. Verbo Caritas n. 3.

Carbonius Episcopus milites contra Gothorum insidias in domo abscondit. Id ubi Regi Totile nuntiatum est, Episcopum jussit urso devorandum dari. Sed ursus humiliter ejus pedes lambens, docuit Totilam Sanctum in veneratione habere. E. Hospitalitas n. 2.

Civis Romanus valde hospitalis cum ad incitas redigeretur, Divina voce jubetur vineam suam cum vinea divitis permutare. Fecit, & ingentem thesaurum sibi invenit. T. nu. 164. Dauroult. p. 4. c. 8. Tit. 10.



S. Aug. de Veri. Dim. 6. 32.

S. Augustinus ait: *Suscipite hospitem, quia omnes peregrini sumus. Patria nostra Jerusalem est, ibi hospites non erimus.* Atque ut hospitalitatis utilitatem porro explicet, subiungit: Tene hospitalitatem, si vis agnoscere Salvatorem; quod tulerat Discipulis infidelitas, reddidit hospitalitas. C. I. Petri 4. v. 9.

Roma hospitalitatis liberalissima tota habet nosocomia, ut unum hoc urbis & orbis prodigium videatur: quisquis miserabilis homo ad eam venit, benigne recipitur, pane & vino nutritur. Tempore etiam famis, & luis, cum vetera Xenodochia turbam non caperent, nova erexit Cardinalibus, aliique sumptus ministrantibus. C. in Act. c. 10. v. 23.

Operire nudos.

207. Est opus valde meritorium.

**J**Ob ait: *De Velleribus ovium marum calidius est: quia scilicet lanam pro pauperem nuditate elargitus est.* S. pun. 88. fol. 281. Neque dicas: tanta prestare nequeo: nam ait Chrysothomus: Ego, inquit Christus, non tantum postulo, quantum dedi: pretiosam vestem gloriæ te indui, & tu dedisti pauperi partem vestis: vera hæc sunt de Sancto Martino, qui tertiam partem chlamydis pauperi dedit. S. pun. 88. fol. 281.

S. Chryf. hum. 46. in Mart.

ff. 32.

*Beati quorum testa sunt peccata:* ubi Innocentius: *Quam digna compensatio pro eo, quod elemosyna nuditatem corporis regit in alio, iniquitatem mentis tegat in te.* S. lb. fol. 281.

Chrysof. hum. 33. 80. Gen.

*Plorate ululantes: vestimenta a tineis comesta sunt.* Ubi Chrysothomus: *Vestites non finamus a verbibus rodi, cum tot sint, qui indigent, & obambulant nudi; sed veneremur, honoremque demus nudo Christo plus quam tineis, & induamus eum, &c.* S. punct. 88. fol. 281.

S. Aegydius cum nudum pauperem cerneret, ei tunicam suam dedit. S. Anno Archiepiscopus Colonienfis, cum pauperem feminam parturientem in platea offenderet, eam pallio suo contexit. Sanchez 6. part. c. 4. fol. 690.

Anno 1120. tempore famis Pientissimi Flandria Comes Carolus erat pater pauperum, quotidie illis octingentos panes distribuerebat, singulis septimanis, tredecim ex integro vestiebat, frumentum caro comperit illis donabat, quare auctorum suorum odium adeo incurrit, ut illi Dominum in Ecclesia Psalmum Mi-

serere orantem crudeliter trucidarint, veterem Martyrem pro caritate pauperum. Daurolt. p. 4. c. 7. tit. 5.

S. Martyrius Monachus quondam hyemali tempore ad Monasterium rediens, in via invenit iacentem paralyticum, ac leprosum pauperem: hunc pallio suo obvolutum suis ipse humeris ad monasterium tulit. Et ecce! dum appropinquaret loco sacro, viderunt fratres, quod Christum Dominum ferret, qui & disparuit, dixitque quia non erubuit me interire, non erubescam te in calis! Quid aliud est hoc dicere, quam quod Christus promissit apud S. Mattheum, in die iudicii coram universo orbe se dicentem: *Venite Benedicite Patri meo. nudus enim eram, & cooperuistis me!* &c. C. Ezech. 18. v. 7.

S. Greg. hom. 99. in Ev.

Idem proportionaliter legitur de S. Martino, qui nudum pauperem dimidia chlamyde contexit, & noctu vidit Christum hac chlamyde vestitum, ac plaudentem: *Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit, &c.* S. Franciscus vestitus pauperem militem, nocte vidit augustum palatium, cumque rogasset, cuius essent hæc omnia, audivit, *Tua erunt tuorumque militum.* C. Ezech. 18. v. 7.

S. Catharina Senensis domum redeunti occurrit peregrinus juvenis, vestem ab illa petens: illa rediens in sacellum, unde venerat, tunicam non manicatam sibi detraxit, & pauperi dedit, nesciens esse Christum. Non contentus pauper etiam subuculam petiit, & illa dedit: cumque pauper pergeret petere, subiunxit illa: *Revera carissime, si possem libenter plura tibi & socio tuo darem.* Tum ille subridens, *Video, inquit, promptum animum tuum, sed jam bene vale!* Tunc Virgo agnovit *JESUM*, qui sequenti nocte veste illa indutus ei apparuit, & vestem illi invisibilem promissit, &c. C. Ezech. 18. v. 7.

Visitare infirmos.

208. Est opus valde meritorium.

**N**on te pigeat visitare infirmum, ex hoc enim dilectionem firaberis. Sancta illa Matriona Fabiola prima fuit, quæ Xenodochium instituit, summa caritate infirmos fovit, ut eam laudat S. Hieronymus. Item Paulus agris ministrat, sanctem lavat: scio multos divites, & Religiosos, ait Hieronymus, ob stomachi angustiam exercere hujusmodi misericordiam per aliena ministeria, non manu, sed fi-

cut imbecillitati stomachi veniam tribuo, ita perfectæ mentis ardorem in calum ferro, &c. S. punct. 89. fol. 284.

Job 29. S. Bonav. in sim. anor. 6. 5.

S. Job ait: *Oculus eram caecus, pes claudus: ubi S. Bonaventura: illum qui infirmo servit plus meriti, ait, quam si ipsi Christo ministraret.* S. punct. 89. fol. 284. Quidam Anastasius Presbyter leprosum, quem occultum in sua domo habebat, vocat suum thesaurum. S. lb. fol. 284.

Caritas est Regina virtutum, ideo proximo præsertim in infirmitatibus diligenter exhibenda est. Paoletti Feria 5. Cincrum. Eulogius leprosum in platea inventum secum domum apportavit, eique per quindecim annos servavit: cum autem leprosus verbis infolere & benefactorem suum verbis injurare inciperet, quæstivit ille S. Antonium Magnum, an leprosum dimittere deberet. Dissuasit illi Antonius, dixitque, quod ipsius salus magna ex parte a cura hujus leprosi dependeret. E. Infirmis n. 2.

Medicus ægra agros valde officiosus post mortem apparere suo successori equo infidens: quæstus quo tenderet, reposuit, ad agrotantes Cappucinos, tantundem enim in purgatorio solati ab his recipio, quantum his meam operam contuli. T. 171. seq.

Fabiola vidua prima fuit, quæ hospitalia pro ægrotis erexit, in quibus illa propriis manibus ministrabat, vulnera fovebat, lectulos sternebat. B. Otto Episcopus Bambergensis infirmos, claudos ac miseros diligenter annotabat, eorumque curam habebat. Episcopus Chartagenensis nomine Deogratias captivos Christianos vendita Ecclesie suppellectile redimebat, eorum morbidorum in duobus templis curam habebat, alimenta suppeditabat &c. D. 9. 31. S. Gallicanus Martyr post triumphales lauros abunde in bellis reportatos a Ss. Joanne & Paulo ad fidem conversus, relicto saculo Othiam pergit, ibique agrorum ministrum agit, &c. D. 9. 31.

S. Ludovicus Episcopus Tolosanus ad pauperem feminam agrotantem invisit. Post auditam ejus confessionem abiens, cum illi famuli pediculos, quos numerose contraxerat, a pallio excutere vellent, dixit: *relinquent, hos esse coram Deo uniones.* Sanchez 6. part. c. 4. fol. 691.

Paulus a Colovello apparentem sibi B. V. dum ab agro vocatur, relinquit, & rediens a B. Virgine propterea laudatur. T. n. 173. Illustrata extant hujus caritatis exempla in vitis Sanctorum. Gallicanus Martyr, a Ss. Joanne & Paulo ad Christum conversus, infirmorum servitio se totum de-

dit. Sic Apollonius Monachus, Placilla Theodosii sup. uxor, S. Radegundis Francie Regina, S. Paula, S. Maria Ogniacensis, & alii. C. Ila. 38. v. 22.

Captivos redimere.

209. Est opus meritorium.

**S**ANDUS Macarius captivum homicidii accusatum redimit; occisum enim coram tota populi multitudine interrogabat, an ab hoc captivo occisus esset? Mortuus respondebat, non ab hoc. Amici instabant apud Sanctum Virum, ut porro indagaret quid ergo esset homicida? ad Macarium subintulit, *ve venisse ad defendendos innocentes, non ad accusandos reos.* Sanchez 6. part. c. 4. fol. 691.

S. Paulinus dum nihil amplius habet, quod in redemptionem filii alicujus viduæ expenderet, seipsum dedit, &c. Sanchez 6. part. c. 17. fol. 871. E. Caritas n. 15.

S. Cassilda Carionis tyranni Machometani filia succurrit captivis Christianis, eisque alimenta subministrat; quæ indignante patre subito in rotas convertitur. Ipsa dein suscepto Baptismo in eremum fecedit, & est patrona contra sanguinis fluxum. R. 1. part. mtr. 35.

Cum libertas sit inter bona homini æstimatissima, & propterea dicitur, *vera libertas*, grande opus misericordie est redimere innocentem captivum, ad quod exhortatur S. Paulus Apostolus: *Memento captivorum, quasi ipsi captivi essetis.* Dixi, *innocentem captivum*, id est, qui propter falsam accusationem, aut propter virtutem apud hæreticos, aut propter fidem apud Turcas in carcere detinetur, pro his S. Paulinus Episcopus seipsum redemptioni dedit, & B. V. Sancto Petro Nolaco apparet, gratissimum suo filio fore dixit, si institueretur Ordo ad redimendos captivos, &c. Econtra redimere et carceribus facinorosos, aut illis præbere occasionem evadendi, non est bonum, sed malum opus; quia iustitia vindicativa sic sufflamatur, & vitia infrescunt, & quia captivitas sceleratis cadit in emendationem, cum in modum, quod Rex Manasses per captivitatem Babyloniam fuit emendatus, &c.

Abdemelech, quia Jeremiam et carcere liberavit, solus cladem Hierosolymæ evasit. Sanctus Paulinus, Sanctulus, Accacius Episcopus Amidæ, Abbas Nicolaus, S. Rembertus, Anianus, Hugo, & alii in redimendis captivis mire fuerunt caritativi. C. Jerem. 38. v. 12.

Mortuos sepelire.

210. *Est opus valde meritiorum.*

**J**oseph ab Arimathæa, Tobias, & Nicodemus laudantur ab obsequio sepultura. Antonius S. Paulum, Lolinias S. Mariam Egyptiam sepelivit. Eutichianus Papa trecentos quadraginta tres Martyres propriis manibus sepelivit. Pontiana omnes facultates suas sepultura Martyrum impendit, &c. Sanchi. 6. part. c. 4. fol. 691.

Hoc opus caritatis apud fideles tam veteris, quam novæ Legis in maxima semper affirmatione fuit. Patriarcha Abraham in sepulchrum uxoris Saræ quadringentos argenti siclos impendit. Patriarcha Jacob, ubi in Ægypto diem obiit, a filio Joseph in regionem Chanaan ad sepulchrum translatus est. Tobias contra mandatum Regis Salmanasar noctu clam mortuos sepelivit, quod opus Deo adeo placuit, ut diceret illi Archangelus Raphael: *Dum sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam Domino.*

In nova Lege scimus Christum Dominum a duobus Viris nobilibus: B. V. Mariam ab Apostolis ex toto orbe collectis: Sanctum Proto-Martyrem Stephanum a Viris timoratis sepulchrum esse.

Cadaver S. Romualdi Henricus Imperator propriis humeris ad sepulchrum tulit. S. Ludovicus Rex in Syria milites suos peste mortuo propriis manibus sub terra condidit.

Deus ipse pro sepultura Sanctorum curam habuit. Cum S. Clemens in exilium pulsus, alligata ad collum anchora in profundum maris demersus est, a quo maris ad tria millia recesserunt, ita ut Angeli in profundo ædiculam pro sepeliendo sacro corpore ædificarent. S. Catharina Martyris corpus ab Angelis in montem Sinai translatum est. S. Paulo Eremita duo leones scrobem sepulchralem unguibus paravit. S. Stanislai corpus in frustra concisum aquilæ comportarunt, ut a Fidelibus sepultura inferri posset, &c.

## PARS SECUNDA

Virtutes Cardinales.

PRUDENTIA.

211. *Quid sit? Quæ ejus opera?*

**S**anctus Thomas ait: *Hæc sola dicitur prudentia simpliciter, quæ ad bonum finem totius vite recte consistit, & præcipit, quæ in peccatoribus esse non potest.* M. conc. 43. in Exord. nu. 2. Vide Sanchez 6. part. c. 10. fol. 833. seq.

Prudentia est omnium virtutum dux, & auriga, ait S. Antonius, quæ singulas hominis actiones ordinat & moderatur, itaque hominem disponit, ut secure finem omnium expectet, & fidenter coram tribunali Christi se sistat. Quoad etymon nominis prudens est quasi *porro videns*; nam ut ait Isidorus, *Prudens perspicax est, incertorum casus videt.* Definitio ejus hæc traditur a S. Augustino: *Prudentia est rerum appetendarum, & fugiendarum scientia.* Ab Aristotele: *Est recta ratio agentium.* Ab aliis: *Est virtus intellectus, quæ in quovis negotio occurrente novimus, quid honestum sit, quid turpe, quid faciendum, quid fugiendum.*

Partes integrantes Prudentia sunt sex: 1. *Providentia*, quæ est consideratio futurorum eventuum, qui possunt sequi ex opere. 2. *Ratio*, seu promptitudo colligendi unum ex altero. 3. *Docilitas*, seu habilitas ad discendum. 4. *Solertia*, sive sagacitas ad inveniendam media brevissimo tempore. 5. *Circumspectio*, seu consideratio circumstantiarum operis. 6. *Cautio*, seu cura vitandi pericula, & incommoda operis. C. 1. Petr. 4. v. 7.

Officia prudentia sunt quatuor: 1. *Consilium* ex bona deliberatione. 2. *Judicium*, in eligendo apto remedio ad finem. 3. *Constantia* in retinendo eo, quod judicatum est. 4. *Diligentia* in exequendo. His totidem vitia, seu actus imprudentia opponuntur: Præcipitatio, Inconsideratio, Inconstantia, & Negligentia. Prudentia ergo est mensura, & regula virtutum omnium. C. 1. Petr. 4. v. 7.

212. *Innititur principii sane rationis.*

*Quod inter metalla est aurum, hoc inter Philo 1. virtutes est prudentia, ait Philo. In hoc maxime versatur, ut nihil sine regulis, & ducta rectæ rationis agat: Ejusmodi regulæ*

1. sunt: 1. Nihil aggrediendum sine prævia consideratione. 2. Id semper facito, cujus te non poeniteat. 3. Prudentia perfecta nihil in rebus humanis admiratur. 4. Virtutibus omnibus utitur, atque eamdem modum, ordinem, & occasionem, velut oculos actiones, moderatur. 5. Prudentia præterita meminit, præsentia agit, futura præcavat. 6. Sicut cicatrix admodum, cavendum esse vulnus, ita memoria præteritorum malorum reddit cautiore. 7. Ordinem facit inter bona & mala: Opes postpositam famæ, famam vitæ, vitam conscientia. In malis minimum eligit, in bonis maximum. 8. Præveniendum sunt hostium consilia, antequam cum damno creantur. 9. Præsentibus bonis uti præstat, quam fugientia quærere; sic certa dubiis, multa paucis, facilia difficilibus, publica privatis, Divina humanis, caelestia terrenis anteponenda sunt. 10. Satius est sua tueri, quam aliena cum periculo appetere. 11. Accommoda te tempori, necre in aliquibus mures, sed potius aptes. 12. Prudentia est, futuram injuriam præcavere, illatam vero non ulcisci. C. 1. Petr. 4. v. 7.

213. *Respicit finem, & effectus.*

Joannes & Alexander fratres, Comites Gaurii, hostiliter insensu erant Jacobo Regi Scotiae, eo quod capitale supplicium sui parentis approbasset. Joannes ergo refert Regi, dum venatum exibat, in domo sua inventum esse pretiosissimum thesaurum: Rex nimis credulus venit cum modico comitatu in ades Gaurii, ducitur per aliquot cubicala clauso semper ostio, tandem in ultimo videri stare capharthum militem cum stricto acinae: Gaurius ait Regi, en hic erit thesaurus tuus, moriendum tibi erit! Rex perditum seratus, cum inermis esset, eloquenter simul & amicabiliter perorare cepit: cogitavit quid ageret, hac vindicta totam ejus familiam interituram, quia nihil esset scelestius, quam violentas manus injicere in suum Principem! &c. Hac eloquentia terribus miles sublitit, nec ausus est ferire, donec Regis pedisequi, præsertim Dux Lenoxius, & Comes Marius, cui suspecta res erat, effraadis possibus illi subvenerunt: cessi sunt & Joannes & Alexander Comites. Quid redemit Regem? unica hæc deliberatio: Quid fiet postea! sic quilibet in suis actionibus debet respicere finem. Vide Theatrum Trag. Princ. hist. 1.

Piger mittitur ad fornicam. Quare?

quia fornicata pro sterilitate hyemis de annona sibi in æstate providet. C. Gen. c. 1. v. 20. ad finem.

Joseph futuram sterilitatem prævidens cum omni industria triticum coemi, convehit, & conservari jussit. Ubi S. Augustinus annotat: *Utinam homines novissimas providerent contra sterilitatem futuram, sicut Joseph.* B. Sermon. 6. n. 20. & seq. Item Sermon. 7. n. 4. & seq. Item Sermon. 49. n. 4.

214. *Utilis est ad omnes fortasse casus.*

Dionysius Rex regno pulsus, interrogatusque quid ipsi nunc prodesset Plato & Philosophia studium? reposuit: ut tantam fortunæ mutationem æquo animo feram. C. Exod. 25. v. 31. fol. 520. c. 2.

Sicut exercitum ducit Imperator, gubernator navim, Mandum Deus, & animam ipsa mens: ita felicitatem præsentis vitæ temperat, regique prudentia, ait Arctichas. C. 1. Petr. 4. v. 7. Item Prov. 24. v. 8.

Prudentia hæc ipsa discretionis virtus est, quæ sciat uniusquisque quid in quavis rerum peritissimæ, & circumstantia prudentem juxta dicamen rationis, legemque Dei agere, vel non agere debeat. Nam, ut ait S. Basilii: *Vera hominis consilii prudentia, discretio est rerum, quæ faciendæ sunt, vel non faciendæ, & velut probus nummularius, quod probum est retinet, & ab omni mala specie caret.* Sicut enim nummularius partim visu, partim tactu, partim pondere, partim sono monetam probam a falsa discernit, & examinat: sic prudens actiones bonas, a pravæ judicio rationis, & Legis Divinæ diducit & discernit, &c. C. Prov. 1. v. 3.

Præsertim prudentia necessaria est præfectis, & gubernatoribus, vi cuius consilia & praxes in promptu habeant ad regendum seipsum, & suam domum, item ad regendam civitatem & republicam, sicut narchus regit navigium. C. Prov. 1. v. 3. Hæc autem directio non est pro semper & ubique equalis, juxta illud: *Latur homo in sententia oris sui, & Prov. 15. sermo opportunus est optimus.* Prudentia esse in consilio, sive extra illud debet esse accommodata temporis; sæpe enim quod in se est bonum & utile, hoc tempore non est bonum, sed malum & noxium, &c. C. Prov. 15. v. 23.

215. *Aliora se non quarit.*

Expresse monet Siracides: *Aliora te ne quaeris: quia non superbis, sed humilibus*

1640. 1.  
20. Epy.  
mol. c. 15.  
S. Aug. 1.  
1. de lib.  
arb. c. 13.  
Arist. 6.  
Ethic. c. 5.

Arbitr.  
ap. Strab.  
Ser. 11. de  
Sire.